

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema II.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

## THEMA II. VET. TEST.

Neque vero hic accusandus Deus, quia iuste punit transgressorum.

Nec iniquus Deus, quod posteros Adami subiicit morti; quia eiusdem ingenii cum ipso sunt omnes homines.

Neque maledicendum Adamo, sed benedicendum Christo, qui restituit vitam, &c.

F I N I S.

## THEMA II.

Gen. 3. v. 19.

In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumitus es: quia puluis es, & in puluerem reuerte. is.

### DISPOSITIO.

Cum Adamus, ex limo terrae formatus, & in animam viventem factus omni felicitate cumulatus, atque in Paradisum voluptatis colloca<sup>r</sup>us esset, mandatum accepit a Domino ut abstinenter ab arbore scientia boni & mali. De ceteris voleatur libertime. Atque insuper cum adhuc in statu integratissimis & libertatis esset Adamus, sic inter Deum & ipsum conuenit, ut quacunque die comedetur de arbore vetita, morte moreretur. Sicut Gen. 2. v. 17. legitur.

Nec contradixit Adamus nec coactus quicquam fecit. Quia vero pactum illud violauit postea, his iam verbis denunciatur ipsi mors, vii inter ipsos conuenerat. Sunt enim haec verba praelecta, pars sententiae illius capitalis, post peccatum latre contra Adamum, in Paradiſo. Duo autem continentur in his verbis,

1. Pœna, qua puniendus Adamus in hac vita.

2. Pœna peccati post hanc vitam.

Videamus vero quae.

### I. Pars.

Inter ceteras maledictiones quas Adamus sua inobedientia.

A 3

dien-

## CLASSIS X.

6

dientia sibi accessiuit, hæc est quoque vna, quæ non ad tempus tantum, sed omni vita tempore durare debet; quod scilicet cum sudore vultus laborandum est homini

1. Vbi quidem notandum est, non ipsum laborem penam esse peccati (cum labor etiam in Paradiso fuerit mandatus Adamo, ut scilicet horum coleret,) sed sudorem & molestiam laboris, peccati esse penam. Si enim non peccasset homo labor non fuisset molestus cum sudore coniunctus, sed suauis & leuis atque iucundissimus.

2. Deinde notandum quod sudor vultus non tantum pertinet ad eos, qui duro manu labore coguntur quæxare victimum: sed ad omnes eos, qui vescuntur pane, hoc est ad omnes homines. Omnibus enim occupatio illa magna est, de qua Syr. 40 v. 1. Et quod optimum est in vita, labor est & dolor. Psalm. 90.

3. Et hæc quidem molestia durare debet in tota vita, usque dum homo reuertatur & recondatur in terram. Et quam diu pane vescitur: hoc est, quamdiu vixerit, durat illa.

Loc vs. Vidimus hinc, charissimi, unde tanta molestia, in omnivocationum genere: vt vita hominis perpetua sit militia, & dies mercenarii. Iob. 7. v. 1. Non certe à Dei creatione, sed à peccato Illud est, quod nobis hunc exprimit sudorem vultus.

1. Hæc consideratio faciet, vt, quoties sudorem & molestiam, vel defatigationem, &c. sentis, toties etiam cogites de peccato: vt vitæ illud discas. Thren. 3. v. 39.

2. Interim tamen laboriosa opera non oderis, vt Syr. 7. v. 16. habet, quia propter peccatum Deus iusto iudicio hanc penam imposuit.

3. Quin potius gratias age Deo; quod propter Christum benedicere vult labori tuo. Psal. 128. Bene tibi erit.

4. Et cogite omnes, nunquam indulgendum ocio, quod est Satanæ puluinar. Ideoque Deus requirit sudorem & laborem 2. Thess. 3. v. 10.

5. Vesceris autem pane tuo: id est, viues de his, quæ

tuo

THEMA II. VET. TEST.

7

tuo labore parta sunt, non ex fraudibus & imposturis, &  
male partis Hoc enim Paulus verat i. Thess. 4.v.6 Ps. 37.  
Nehre dich redlich.

6. Et quādiū licebit tibi vesci pane tuo, non despe-  
rahis, non murmurabis, non impatienter feres laborem.  
Quia præter panem, ex hoc Dei pacto, tibi nihil debetur.  
1. Tim. 6.v.8 Syr. 29. v. 28.

Magnum autem hinc peti debet solatium, quod hic  
sudor non est futurus perpetuus, sed durat eo usq; donec  
in terram reuertaris.

II. Pars.

Vidimus quid faciendum & ferendum homini, quoad  
vivit. Nunc quid post hanc vitam fiat, dicendum. Reuer-  
teris in terram & in puluarem. Post multos exantatos la-  
bores in nihilum es redigendus. Idq; propter peccatum:  
cum alioquin ex beatissima vita in statum feliciorum fue-  
ris transferendus. Neq; est, quod conqueratur Adamus  
propterea male secum agi, qui expulvere factus, in pulu-  
rem redigendus est, sua culpa, non Dei Creatoris, qui  
ipsum grauissime præmonuit, ne peccaret.

Loc vs. Est his sane miseranda & nullis non lachry-  
mis deploranda calamitas, quod homo ad vitam æter-  
nam. Sap. 2 v. 23. manu Dei omnipotenti creatus, tam  
tristis fine corruptitur & computre se in puluere terræ:  
& sicut vestimentum à tinea consumptum abiicitur. Iob.  
13.v. 28. veribus eca futurus. Vide Iob. 17. vers. 14. Et  
Esa. 14. v. 11. Sicque eadem fortuna bestiarum & hominis  
haec in parte Psal. 49.v. 13.

1. De haec miseria quoties cogitamus, inquiramus  
causam ob quam sic perendum. Illa est peccatum & ira  
Dei. Ponit enim illud ante oculos suos Ps. 90.v.8. & ideo  
deficimus ab ira eius. Ibid. v. 7. & 9.

2. Nec est quod conquerarum, fieri nobis iniuriam.  
Quia sic redimus ad principium. Terra enim fuimus.

3. Nec sumus nos sine culpa. Quia in Adam omnes  
peccauimus Rom. 5.v.12.

A 4

4. Non

C L A S S I S X

4. Non itaq; maledicamus aut indignemur Adamo,  
sed potius Diabolo. Et illi aduersemur perpetuo. Indi-  
gnemur nostris peccatis. Thren. 3 v. 39.

5. Christo autem liberatori & redemptori agamus gra-  
tias, quod is deuicta morte creditibus vitam restituit.  
Osc. 13 v. 14.

Et quod mortem æternam in temporalem mutavit;  
arque ex illo puluere terræ dulcem facit quietem, in quo  
corpora beatorum tanquam in cubilibus suauiter dor-  
miant. Elsa. 56. in fine. Apocal. 14 v. 13. Dan. 12. v. 2.

6. Maxime vero, quod ex terra nos est suscitaturus  
suo tempore. Granum. 1. Cor. 15. Dan. 12. v. 2. ¶

7. Interim tamen quia in puluerē sumus redigendi,  
non superbiamus: Cum res vilissima sumus. Sollem hui-  
derisch beneficē. Syr. 10. v. .... Terra & cinis Ge 18. v. 17.

Veteres dixerunt Quis sis, quis fueris, quis eris, semper  
mediteris.

F I N I S.

T H E M A III.

Ex Genes. 5.

Et mortuus est.

Dispositionem huius Thematis vide supra, Classe II,  
Num. 1. Sequitur ergo

T H E M A IV.

Genes. 5. v. 24.

De Translatione Henochi in Cœlum, &c.

D I S P O S I T I O.

Historia hæc breuis, sed admiranda est, virum nobis  
describit mirabilem, de quo Syr. 49 v. 1. 6. Nemo in terris  
similis Henoch, qui de terra sublatus est; scilicet in cœlū  
transtulatus, à Deo, mirando & nobis incognito modo. A-  
lioquin & Elias in cœlū viuus translatus est, sed quomo-  
do